



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

DLVII. Bischof Heinrich von Naumburg beurkundet, daß der verstorbene
Markgraf Woldemar von Brandenburg die Kastellane und Räte der Städte
Jericho, Plaue, Brandenburg, Tangermünde, Stendal, ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

DLVII. Bischof Heinrich von Naumburg bekrundet, daß der verstorbene Markgraf Woldemar von Brandenburg die Castellane und Rätthe der Städte Jericho, Plaue, Brandenburg, Langermünde, Stendal, Osterburg, Salzwedel zc. für den Fall des unbeerbten Abganges des Markgrafen Johann, dem Erzbischofe von Magdeburg als Eigenthumsherrn die Eventualhuldigung habe leisten lassen, im Jahre 1320.

Universis presentes literas inspecturis, Henricus, Dei gratia Nuemburgensis Ecclesie Episcopus, affectum sincerum in omnibus cum salute, Notitie vestre harum serie duximus referendum, quod ante aliquorum temporum curricula apud religiosos viros fratres minores in Brandemborch inclite recordationis Dominus Woldemarus, Marchio Brandenburgensis illustris, sana mente et corpore constitutus, viris strenuis et prudentibus, Castellanis, Consulibus ac Scabinis Castrorum videlicet et civitatum Jerichow, Plawe, Brandenburg nove Civitatis prope Havelam, Angermünde prope Albeam, Stendal, Osterburg et Salzwedel ac aliis auctoritatem Universitatum civitatum earundem habentibus, ad se motu proprio convocatis, ut Reverendo in Christo Patri et Domino, Domino Borchardo, Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopo, ratione proprietatis dietarum Civitatum et castrorum, ad sanctam Magdeburgensem Ecclesiam pertinentis, homagium facerent, sibiqve et successoribus suis fidelitatem prestare promitterent, quodqve non alterius domini, quam dicti Domini Magdeburgensis Archiepiscopi ac suorum Successorum, nec non Magdeburgensis Ecclesie ditioni et dominio se submitterent, post ipsius Domini Waldemari ac illustris Principis Domini Joannis Marchionis, Sororii sui, obitum, mandavit libere atqve iussit, qui ibidem in nostra, nec non honorabilis viri Domini Bernhaldi de Belitz, Scolastici Magdeburgensis, Conradi fratris sui militis, Domini Johannis Burgauii de Louburg ad hoc destinatum presentia, nobis tunc adhuc in minori statu, videlicet in Canonicatu Magdeburgensi existentibus, ad ipsius Domini Waldemari mandatum, Hec premissa spontanee impleverunt, homagium fecerunt, fidelitatem prestare promiserunt, nec se alterius Domini, quam Magdeburgensis Ecclesie ditioni et dominio post obitum ipsius et sororii sui predicti velle submittere, ad sancta sanctorum juraverunt, et hoc se facturos etiam manualiter promiserunt, predictiqve juramenti prestiti tenorem et formam quidam, dictus Drukke, formavit ipsis Castellanis et Consulibus et dictavit. In quorum certitudinem presentes sigilli nostri munimine duximus consignandas. Datum etc.

Aus Olearii Magdeburgischem Copialbuche Mspt. Vol. II, p. 221. Egl. Angeli chronicon. March. p. 125. und Gercken Cod. IV, 466.

DLVIII. Vergleich zwischen dem Erzbischofe Burchard von Magdeburg und der Markgräfin Agnes von Brandenburg über die Gegend von Sangershausen, vom 12. März 1321.

Wir Borchart, van der gnade Gottes Ertze Bischof tu Magdeburg, Beken-
nen in dulsen ieghenwerdigen breuen, dat wy mit willen vnd wilkôr vser herren, der Dom-